



Epistle for the Feast of St. Francis Xavier

L



Ecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apósto-li ad Romános.


F




RAtres: Corde enim créditur ad justí-ti-am: ore autem conféssi-o fit




ad salú-tem. Di-cit enim Scriptúra: Omnis, qui credit in illum, non con-




fundé-tur. Non enim est distíncti-o Judæ-i, et Græci: nam idem Dóminus




ómni-um, dives in omnes, qui ínvocant il-lum. Omnis enim, quicúmque




invocáverit nomen Dómini, salvus e-rit. Quómodo ergo invocábunt, in



quem non credidérunt? Aut quómodo credent e-i, quem non audi-érunt?



Quómodo autem áudi-ent sine prædicánte? Quómodo vero prædicábunt,



ni-si mittántur? sicut scriptum est: Quam speci-ósi pedes evange-lizán-

ti-um pacem, evange-lizánti-um bona! Sed non omnes obédi-unt Evangé-
li-o. Isa-í-as enim di-cit: Dómine, quis crédidit audítu-i nostro? Ergo
fides ex audítu, audítus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid
non audí-erunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus e-órum, et in
fines orbis terræ verba e-órum.